Et ait. Pacificus. ad hinmolandum dño ueni. Sc̄ificamini ⁊ uenite me cum: ut immolem. Sc̄ificauit ergo hysay ⁊ filios eius: ⁊ uocauit eos ad sacrificium. Cumq; ingressi essent uidit eliab: ⁊ ait. Num coram dño est xp̄s eius: ⁊ dixit dn̄s ad samuhelem. Ne respicias uultum eius. neq; altitudinem stature eius: qm̄ abieci eum. nec iuxta intuitum hominis iudico. homo enim uidet ea que parent. Dn̄s autem intuet̄ cor. Et uocauit ysay aminadab: ⁊ adduxit eū coram samuele. Qui dixit. Nec hunc elegit dn̄s. Adduxit autem ysay sama. De quo ait, Etiā hunc non elegit dn̄s. Adduxit itaq; ysay septem filios suos coram samuele ⁊ ayt samuhel ad ysay. Non elegit dn̄s ex istis. Dixitq; samuhel ad ysay. Numquid iam cōpleti sunt filii: qui respondit. Adhuc reliquus ē paruulus: ⁊ pascit oues. Et ayt samuhel ad ysay. Mitte ⁊ adduce eum: nō enim discumbem᷒. ꝑus quam ille huc ueniat. Misit ḡ ⁊ adduxit eum, erat autem ruphus ⁊ pulcher aspectu: decoraq; facie ⁊ ayt dn̄s Surge ⁊ unge eum. ipse ē enim. Tulit igitur samuhel cornu olei: ⁊ unxit eum in medio fratrum eius.

et directus ē sp̄s dn̄i in dauid a die illa ī reliquum. Surgens q; samuhel habiyt in ramatha. Sp̄s autem dn̄i recessit a saule ⁊ exagitabat eum sp̄s neqm̄ a dño. Dixerunt serui saul ad eū, Ecce sp̄s dī malus exagitat te. Jubeat dn̄s nr̄. ⁊ serui tui qui coram te sunt querent hominē scientem psallē cythara: ut quando arripuerit te sp̄s dī malus psallat manu sua. ⁊ leuius feras. Et ayt saul ad seruos suos. Prouidete m̄ aliquem bene psallentem: ⁊ adducite eum ad me. Et respondens unus de pueris ayt. Ecce uidi filium ysay bethleemitē scientem psallē ⁊ fortissimū robore. ⁊ uirū bellicosū ⁊ prudentē in uꝰb. ⁊ uirū pulchrū. ⁊ dn̄s est cū eo. Misit ḡ saul ad ysay dicēs, Mitte ad me filiū tuū q̄ ē ī pascuis. Tulit itaq; ysay asinum plenum panib᷒. ⁊ lagenam uini ⁊ hedum de capris unum: ⁊ misit ꝑ manū dauid filii sui sauli ⁊ uenit dauid ad saulem. ⁊ stetit coram eo. At ille dilexit eum nimis. ⁊ factus ē eius armiger. Misitq; saul ad ysay dicens. Stet dauid ī conspectu meo: inuenit enī grām in ocl̄is meis. Igitur quando cumq; sp̄s dī malus arripiebat saulem tollebat dauid cytharam ⁊ percutiebat manu sua ⁊ refocillabat᷒ saul: ⁊ leuius habebat. Recedebat enim ab eo sp̄s malus. xxviii.

Congregantes uero philistiim agmina sua in ꝑlium conuenerunt in socoth iude: et castrametati sunt inter socoth ⁊ azecha in finib᷒ domim. Porro saul ⁊ uiri isrl̄ congregati uenerunt in ualle terebinthi: ⁊ direxerūt aciem ad pug

K. Sanctificate uos et estote mecum hodie et ioeundamini.

K. Et transibit ante faciem samuhelis.

K. ⁊ transiit iesse samua ⁊ dixit nec hūc elegit dn̄s ⁊ transeat iesse septem filios suos coram samuele

K. Erat ipse autem rubeus cum specie oculorum et bonꝰ in aspectu dn̄i.

K. Et insiliuit sp̄s dn̄i in dauid ab illa die supra.

K. Et comprehendit illū sp̄s malignꝰ a domino et soffocabit eum ⁊ dixerunt pueri saul ad ē ecce sp̄s dn̄i malus suffocat te loquantꝰ ḡ pueri tui corā te ⁊ querant duos suorum scientē psallē de in cythara ⁊ erit dum et sp̄s malus intret ⁊ cithariçabit de manu sua ⁊ bonū ē te refrigābit te.

K. Et accepit iesse asinam ⁊ imposuit sup gomor panis.

K. Inter socoth et inter azecham in medium in sephen me.